

XI. 1^f Q.

(cat. 4, 22-33^b)

48.
RATIONES
QUAS IN
PRAELECTIONIBVS
AESTIVIS

A. MDCCCLVI

SECVTVRVS EST
EDISSERIT.

DE QVE

ACADEMICORVM ACVTORVM,

ANTE DVO FERE SAECVLA
MOTIBVS,

IN HAC VNIVERSITATE EXCITATIS REPRESSISQVE,

PAVCA PRAEFATVR

IOANN. CHRISTOPHORVS GOTTSCHED.

ORD. PHILOS. h.t. DECANVS.



LIPSIAE,
LITTERIS BREITKOPFIANIS.

Я Т О Н І
Г А В А
П Я Н Е Г О Н И В А С
А Б Т У Й И
С Е Г У Т У Р А З Г А Т
Е Д И С К И Т
Д О С Т О В Е Р И
А П О Г О В О Р И
И М О В И
С Т В А В А
С Т В А В А
С Т В А В А

nus fuerant. Erat quippe, erat adhuc tunc temporis magistratibus academiciis innocentiae laetæ cura; justitiae administrandæ ardor, bonique publici promovendi solicitude: nec implorationem auxilii sui exspectabat RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS; verum officii sui memor, contra hydram hanc calumniarum, plus quam Lernæam insurgebat, affixo Tabulæ publicæ Programmate sequenti:

RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS

, „Nescio quæ fati inclemens invasit hoc tempore Rempublicam nostram, ut singulis quasi momentis deferantur ad nos querelæ conviciorum, infestationum, etiam libellorum famosorum. Græci homines disertissimi vñper eos nomine appellarent maledictorum & contumeliarum iurias: qua voce etiam usi sunt, de lasciviente brutorum petulantia; ut intelligi voluisse videantur: plane belluarum more infestationi indulgeri ab his, qui contendendo & litigando rixas & probra vel inferre vel referre soleant. Quid autem immanius fieri potest, quam impotentia animi eo aliquem rapi, quasi cæco impetu; non aliter atque equum habenis ruptis: ut prorsus oblitus conditionis suæ, omnem humanitatem exuat, & in bestiam mutetur? Quodsi affectus ejusmodi urgent etiam viros magnos & preciopios, scilicet crimen illud eo conspectius esse necesse est: quanto illi, qui peccant, præstantiores esse cupiunt.

, „Quum autem legibus ista audacia, vel impudentia potius, severe vindicetur, quibus autoribus famosorum libellorum gravissimæ partie sunt constitutæ: de quo & in nostrâ Academâ statutis, caput unum diligenter prescriptum exstat: nos certe animadvertendo & puniendo in deprehensor & convictos hujus delicti, eam severitatem usurpabimus; ut appareat, nos non delectari AVDIENDO CONVICIA. Id quod pro nostra in omnes benigna affectione vobis voluimus, & postulante munere nostro, quo fungimur, debuinus significare.

, „Ad diem etiam erafinum mox hora XII. constituimus, ana cum Acessoribus nostris & Communitatî bonarum artium Decano & Executoriis, more & consuetudine majorum, de vestris studiis & vita, publica inquisitione censuram agere. Vestrum erit tum temporis ita negotia moderari, ne cuiquam illa impedimento sint, quo minus adfit. Quod fieri debet, etiam jure nostro præcipimus, & contumacibus animadversionem delicto dignam minuamur,,. Propositum 28. Jun.




En rigoris in magistratu Academicō sapientissimi exemplum, omnium temporum memoria dignissimum! Tantum enim aberat, ut implorati tunc judices in causa cognoscenda moras necterent, calumniatoribus, elabendi ansam ipsis suppeditando, conniverent, maloque grassanti sic viam aperirent ipsis; ut potius auctoritate sua interposita malos terrent, minisque gravibus crescentem audaciam compescerent. Meretur eapropter, æqui iustique vindex iste acerrimus, ut nomen ejus post ducentos fere annos honorifica commemoratione de novo inclarescat. Invenio autem in Tabulis Rectorum Lipsiensium, a Rivino, seculari Universitatis nostræ Anno MDCCIX publicatis, æstivo semestri memorati superius anni LXXXIII præfusile Rectorem, Doctorem GEORGIVM COSTVM, Halensem, ex Natione Saxonica electum; quique nihil, quod officii sui esset, desiderari hic in se passus est.

Quanto hoc ipsum solatio fuerit, Seni optimo, illustri CAMERARIO, septuagenario tribus annis majori, annoque sequenti, post illustria in rem academicam, litterasque omnes merita, fatis functo: facile quivis intelligit. Plagula spatio autem impediatur, quo minus omnem rei eventum in medium afferre queam, alia forte occasione telam suscepitam absoluturus.

Succurrit hic ex LVCIANI elegantissima dissertatione, qua *Calumnia non temere credendum* esse, olim dilucide demonstravit, notata digna de Apelle narratio. Calumniis hic, apud Ptolemaeum Regem, adeo verosimilibus accusatus fuerat, ut perfidus jam, ingratus, insidiator, conjuratus, violataque maiestatis reus, vel ab ipso crederetur Rege: non animadvertente eodem, calumniam Antiphilum, *Apelle artis œmulum* esse. Superato tandem feliciter periculo, Apelles tali imagine calumniam ultus esse legitur *.

Ad dextram confidet quispiam, auribus praelongis insignis, quales fere illius Midæ fuisse feruntur. Manum hic porrigit procul accedenti Calumniæ. Circumstant enim mulierculæ duæ, Ignorantia scilicet, & Suspicio. Adit aliunde propria Calumnia, eximie comta, vultu ipso & gestu corporis efforam rabiem & iram, æstuante pectori conceptam, pra se ferens; sinistra facem tenens ardente, dextra secum adolescentem, capillis prehensum, manus ad superos tendentem, immortaliumque deorum fidem implorans.

*Ἐν δεξιᾷ τις ἄντος κύηται, τὰ ὑπα σκευημένου, οἷον ὅτι τὴν λίττων μετὰ παραμεγέθη ἔχων, μισθὸν δὲν τοῖς τοῦ Μίδου ὀργὴν δεινόντα, τῇ μὲν ἀριστερᾷ δέδει καιοπτεούσσα, τὴν ξάρα προτέρων πόρθμῶν μέντον ἔχοντα, τῇ ἐπέρση δὲ γεννιαν τὴν τῶν ἔτη προσεισθεν τῇ διαβολῇ. περὶ δὲ ἀντὸν ἵσταται τριχῶν ὄφουσα, τὰς ξάρας ὄφυοντα εἰς τὸν δύο γυναικεῖς, ἄγνοις, μοι δοκεῖ, καὶ ὑπόληπτης. ἐπέρσησθεν δὲ προστέχεται η διαβολή, γύναιον δὲ ἄντος ὥχρος μετὰ ἄμερφος, ἐξέν δεδορκών, τε- τούκις τοῖς ἐκ νόσου μακρῷς κατασκληκόσ.



LECTVRIS

S. E. O.



uvat subinde superiorum temporum acta in memoriam revocare, majorumque sapientia & institutis, pullulantibus sensim vitiis obicem ponere; ne latius neglecta serpent, impunitatisque beneficio maiores in dies acquirant vires. Sunt enim proh dolor! inter literatos quoque mala, communem hominum labem spirantia, &c, non absque boni publici detimento, serpentina occultius, donec adulta Republicæ tranquillitati, Litterarumque decori obsint. His, ut in tempore obviam eatur, eo magis necessarium est, quo minus probandum est, discordare mores eorum, qui humanitatis disciplinas profitantur, ab humanitate ipsa, a qua nomen traxisse se gloriant artes nonnullæ. Feritatem quippe animorum pepulisse quondam dicuntur eadem, ingeniaque emollivisse, immanium ante populorum. Quæ, si vera laus est, magnopere elaborandum est omnibus, qui cultores se earum artium, magistrosque venditant, ut doctrinæ suæ antiqua constet gloria; neque ludibrio plebis exposita vilescat eadem aliquando, impotentia quorundam, qui affectibus suis quæ ac calamis temperare minus didicerunt, quam doctores elegantiorum litterarum utique decnisset.

Fide Annalium Saxoniorum constat, A. C. MDLXX. circiter, ortam hic esse, inter eruditos nostrates, factionem quendam, sive sectam eorum, qui *Academicos Acutos* sese appellabant, ac omnibus reliquis eruditis graves existabant. Non enim contenti, intra Scholarum privataram cancelllos, fama aliorum, se meliorum, quantum poterant detraxisse; fungos eos, flipitesque & siquid vilius ipsis, declarando: verum publicis etiam scriptis infamia notam ipsis inurere audebant; ut scilicet soli, falsæ cujusdam sapientie opinione tumidi, scientiarum imperium arriperent.

❀ ❀ ❀

Sic A. MDLXXI. d. XVIII Decembris contra D. BERSMANNVM, virum ceteroquin doctum, Libellum famosum Auditorio Collegioque affigi curaverant, quo *Profugum Wittebergensem, asinum & ignorantissimum, eum* criminabantur. Quo opprobrio motus *Bersmannus*, ab Academia Wittebergensi luculentum Testimonium, vitæ in ea gestæ, discessusque honorifici, & petit & obtinuit. Anno insequente in Collegio majori publice disputans, Apologiam suam contra famosum istud scriptum suscipiebat, famæque suæ causam acturus, testimonium modo memoratum Wittebergense publice recitabat, manuque Notarii publici confirmatum (s. viduum, ut vulgo vocant) oculis omnium subieciet.

Motibus id pluribus somitem cum suppeditaret, *Acitorumque Academiacorum bilem moveret*, qui perspicaciores sibi videbantur omnibus: officii sui ratione habens, illustris tum Senex, & Ordinis Philosophici Decanus, IOACHIMVS CAMERARIVS, aeternum universitatis hujus literariorum decus, cui multos isti similes precanur; Programmate publice vulgato, obviam eundum esse malo ratus est. Quod, quum temporum nostrorum rationi admodum conveniens sit, hic typis denuo exscribendum, renovandumque duximus:

DECANVS STVDII BONARVM ARTIVM

IN ACADEMIA LIPSIACA.

In nostri studii, bonarum scilicet litterarum & artium, quibus ad sapientie & virtutis cultum præparantur animi, quæ est græco nomine Philosophia: in hujus igitur studiū communitate, apud nos satis adhuc placidæ res ac quietæ fuerunt, Dei aeterni benignitate, & nihil magnopere est turbatum publice. Hisce autem diebus et ad nos sunt delata, quæ nullo modo dissimulari officium nostrum passum est. Quorundam enim eam cognovimus esse audaciam, vel potius impudentiam, ut nugatoriis & futilibus quibusdam altercationibus, non disputando, sed rixando distrahere in partes tractatus doctrinæ, & factionum autores esse conentur, & proterve adversentur, reclamantque posterioribus. Quos, quum contemnere, ipsi contemnendi, nequeant, insaniens cuiusdam, secundum Horatium, sapientiae consulti, insectantur, aut maledicuntur, aut certe verborum insolentia. Atque audimus, paſſim moveri jam, & ad Deum aeternum impia, & ad homines indecora & turpia. Quum sit autem nostrorum studiorum ea professio, quæ ad veritatem cognoscendam, & pietatem honestatemque colendam pertineat: doctrina nulla dissentanea potest esse bona. Quod si qui putant, aliquid se vel acutius perspicere, vel subtilius intelligere ceteris, ne despiciant ideo alios. Quid est utilitatis in aristâ? hac tamen nihil acutius est, ut ait alicubi Seneca, & addit: Quædam inutilia ipsa subtilitas reddit.

Hec

◆ ◆ ◆

Hæc autem nostra disciplina est, ut de rebus bonis explicatæ animi cogitationes, diuersa atque dilucida oratione exponantur, Et cum aliqua aere queritur, conferantur rationes, absque animorum iracundia & asperitate sermonis. Hæc moderatio nostrorum studiorum est, quæ liberalia & humanitatis studia appellantur. Absque qua, vel ingenio gloriari, vel superbire doctrina, id profecto est, quo vita suavis jucunditas. Et optimarum disciplinarum atque artium bona existimatio admittur, Et deperit. Si cui sane administratio studiorum apud nos displicet, sequatur ille licet rationem aliam: in nostra, ne tumultuetur, nec causam det perniciosorum certaminum. Hoc enim jam injustum quoque sit futurum.

Non modo autem verbis luculenter, sed sententius praecipare hoc commemoratur in Platonico Epitaphio: Πάσσα ἐπιτημη χωρίζομεν διαισθήσεων, καὶ της ἀλλήλης ἀγέτης, πανθεγία, & σοφία φωνεύσῃ. Hæc Et ejusmodi attendere Et meditari melius fuerit, quam nescio cuius obscura intelligentiae cœcum iter persequi. Nihil est nocentius in omnibus congregationibus, quam aliquorum δοκιστοφορίᾳ καὶ μογγωμοσυνῃ. Quodsi accedant voluntatum alienationes Et distractio[n]es sententiarum, Et quæ inde existere solent, ODIA, AEMVLATIONES, INVIDIAE, fieri nequit, quin dissidiis ortis, COMMUNITATIS NLLIVS STATVS ESSE FIRMV[S] POSSIT, Et tandem everti hunc sit necesse.

Quam sint nostrarum communitatuum honores vulgo viles, quam parum in his, non dico potestatis, sed auctoritatis, evidens est. Quidquid autem hujus restat, id nos ipsos labefactare & cōvelle, tempestatem excitando in qualicunque tranquillitate, non est ferendum. Fit autem, ut praesidentium quoque commoveantur inimicitiae, aliquorum supra aliquos elatione, & singularis opinionis ostentatione, qui insultent ceteris. CICERO autem sententia generiore: Quæ domus, inquit, tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti? Cujus infelicitatis nos initia, ante oculos verantia animadvertere decet, Et operam dare, ut occurratur majorum detrimentorum eventui.

Quorūca jubemus tam Magistros, quam discipulos singulorū atque universorū, ita se gerere, quemadmodum utriusque pro sua conditione debent. Magistri quidem sic, discipulos ut non solum præceptis, sed exemplis quoque erudiendo, docendoque reddere meliores studeant. Discipulorum autem certe est, non vel stolidè exultare, vel immoderate excurrere, vel se temere efferre, vel inepte jaçtere, non petulantēs, vel improbos esse, sed placidos, sed temperantes, pudentes, modestos, verecundos, probos.

◆ ◆ ◆

Quoniam vero ambitiosa perversitate distracti in partes unum nostræ communitatæ corpus, & nominibus quoque eas insigniri & quasi conjurata quandam secessionem fieri perhibetur: ista retegrotouæ nullo modo nobis est dissimulanda; quum non in privatorum dissidiorum incommodo illa inflat, sed ad seditionem rerum communium perturbationem evadat. De his igitur comperta a nobis inquirendo, eo deferentur, quo oportet; ut & periculum imminens avertatur, & illa pacis & quietis violatrix cohors (quæ in quadam perniciose licentia, nemine magnopere attendente, insolens est & ferox) necessaria severitate coercentur.

Nihil nunc quidem dicetur præterea. A nobis autem id siet, quod poterit, ad conservandam qualcumque statum nostræ communitatæ. Quem commovendo lèdent, si nulla alia poena forte ulciscetur, IPSI SIBI TAMENT SUPPLICIVM DABUNT, consciæ facinoris mali, & improbitatis flagitijs; & ii, quos judicia sententiæ bonorum & honestorum, ut improbos & malos conæmunt. Quod supplicium, et si vulgi levitas partit facit, revera tamen gravius est omnibus tormentis, quibus corpus excruciantur solet. Loquimur autem nunc sane, tamquam in schola nostrarum artium versantes.

Quia vero omnes Christiano nomine celebramur, veraque pietate & religione Deum aeternum colere, & vitam consentaneam agere debemus, ut in republica non terrena, sed cœlesti: quæ sit veneratio Dei, & quibus moribus præditum esse oporteat divinum populum, scire & discipulos esse doctrinæ veritatis aeternæ in ecclesia Christi Jesu, convenit universos. In qua parte, nostra commone factio non est diligentibus & assiduis opus. Negligentes vero atque socordes, qui neque ad Deum metu, neque ad homines pudore afficiuntur, experiantur sane eventum. Cujus quæ sit tristitia, cogitando cohorrescimus. Neque nunc plura commemoraturi sumus. Prop. D. VII. M. Junii. A. J. C. MDLXXIII.

Vix venerandus Senex, gravi hac & morata allocutione in publicum edita, officio suo fecerat satis: quum SIMON SIMONIVS, Med. D. et Acutorum quam dicebant Academizæ facile princeps; quemve præcipue in statutis suis audiendum sequendumque inculcabant Academicæ isti nasutuli, præfatione in Lectionem quandam, virum optimum, IOACH. CAMERARIUM, propter Programma præcedens, acerbissime exagitaret. Eo vecordia inflatum mira sapientia sua Censorem abriput vel invidia, vel vindictæ cupidio, ut doctissimum CAMERARIUM, ad ineruditæ indocileque plebis fæces turbaret. Quæstionem enim movebat, cuius solutio Virum multis meritis in rem litterariam illustrem aperte petebat; eique tantum non omnem intel-

rantem, abripit. Anteit vir pallida facie, macilentus, acerbum tuens, simillimus iis, qui diurno quodam morbo contabuerunt. Livorem hunc esse, facile quivis conjicit. Quin mulierculæ etiam aliquot Calumniam sequuntur, hortantes dominam, instruentes, comentesque; quas picturæ interpres Insidias esse, ajebat, Fallaciamque. A tergo tandem, lugubri habitu, pulla laceraque veste, subfquebatur Pœnitentia; capite in tergum retorto, cum lacrimis & pudore, venientem procul Veritatem excipiens. Hac, inquam, tabula casus suos hñst, Pictor ingeniosissimus, ostenditque luculenter: Injustum, sceleratum, impiumque, immo damnosum rebus communibus esse Calumniatorem **.

Id jam monuisse nobis sufficiat, nostro quoque tempore recruduisse nuper malum antiquum, tanquam labem pestilentem, diu compressam; reviviscentem tamen subinde, instar fomitis male exstincti. Prodierunt quippe & apud nos scripta, &c; quod mireris, censorum calculo subinde probata, quibus bona exquisitatio Professoris publici, ab aliis ejusdem Corporis Academicæ Membribus, publice labefactata quidem fuit; nullum tamen vindicem reperiit, præter ea, quæ Spectabilis Ord. Philos. Decanus, quem in munere hoc antecessorem habui, in Programmate nupero, subobscure ea de re scripsit. Temporum, quæ vivimus, infelicitati hac alia que tribuenda esse, quis non videt? Sub sapientissimo enim, iustitiae amantissimo PRINCIPÆ viventibus, leges & constitutions non defunt; quibus & ista calumniandi libido, in propria academie viscera sœviens, exterisque ludibrium parans, reprimi posset, deberetque. Nec defunt certe læzæ parti, quibus injurias acceptas ulciscatur, anima; eo aquiora contra aggressores futura, quo magis vim illatam vi repellere, semper licitum fuisse in aperto est. Verum hactenus haec: jam ad institutum pergo.

Indicandi quippe sunt labores semestris æstivi instantis, quibus satisfacere officio, & inferire pro virili conabor commodis studioæ juventutis. Et publicam quidem quod attinet doctrinam,

Hora VII, in gratiam novorum civium, qui ex Gymnasiis ad nos confluunt, Logianam docebo, subiuncturus, semestri hiberno proxime secuturo,

B 2

Me-

τὸν γὰρ ἄνα τὸν φθόνον ἦν τις εἰπώσεις. οὐδὲ κατεπιχαγγεῖν, μετάνοια δὲ οὐδὲ αὔτη ἐλίμην οὐδὲ ἄλλα τινὲς δύο παρομηροῖσι, προτέρητο γοῦν ἐς τέλιον δικρίνεται, οὐδὲ πουσαὶ οὐδὲ περιτέλλουσι, οὐδὲ καταπομονῶσι μετ' ἀδεῖον πάντα τὴν ἀλίθεων προσωπῶν τὴν διαβολὴν, ὡς δέ μιν οὐδὲ ταῦτα ἔμπιπται ὁ ἑπτάτεττον.

περιηγητὸς τῆς εἰνόνος, η̄ μὲν ἐπιβούλη τις ἦν, ** Επειτα δέ, ὡς ἀδικος ὁ τοιούτος, οὐδὲ δὲ ὀπότη. κατόπιν δὲ ἡπιδούλους πάντα παραδόντως ἐστι, οὐδὲ ἀσεβής, οὐδὲ τοῖς Χρυσι-τεύοις τις ἐπικεκυριεῖν, μετανοεῖμαι οὐδὲ τοις ἐπιζήμιοις, ἔργοις καταμεῖν.

* * *

Metaphysicam, sive *Ontologiam*, cum *Cosmologia*: qua has scientias methodo, in universo Philosophiae compendio, sextum nuper edito, dudum tradidi.

Hora XI matutina *Prælectiones rhetoricas*, theoretico-practicas, s. *Collegium Oratorium*, quod vocant, aperiam; in eorum præsertim gratiam, qui, quas jam hauserunt ex parte, scientias superiores, ornare stilo & distinctione, vivaque voce in ulrum publicum convertere, dicendo scribendoque satagunt. Non enim tam quid intelligentia vel memoria quis arripuerit, teneatque; sed quomodo vel ore facundo, vel calamo etiam, edere id queat, in erudito Viro spectatur. Infantes quippe, minusve diserti homines, ne id quidem, quod scire se arbitrantur, in commoda partim sua, partim aliorum, adhibere cum successu quodam valent. Duces hic sequar institutiones nostras rhetoricas, ad mentem Veterum elaboratas, die ausführliche Redekunß; cuius quartæ editionis exemplaria explicaturus sum.

Hora III. pomeridiana *Juris Naturæ doctrinam* traditurus sum; quemadmodum **ILLVSTRIS L. B. de WOLF**, majoris operis sui *Epitomen* concinnavit, unoquoque volume in octava forma, quam dicunt, comprehensum, bis editit. Omnia hic liber in se continet, aquitatis naturalis officia, ex solis sanæ rationis fontibus derivata, legibusque civilibus quibuscunque fundamenti loco substernenda. Explicat etiam Gentium & Populorum placita, sub **IVRIS GENTIVM** appellatione satis celebria; eaque iterum cum sanæ rationis dictatis in concordiam redacta; & melius quidem, quam vel a **GROTIQ. PUFFENDORFIO QVE** fieri tunc potuit. Et hæc quidem omnia, quatuor per Septimanam diebus.

Diebus Mercurii & Saturni, Hora X matutina, exercitiis selectorum quorundam ingeniorum disputatoriis, uti hactenus anno præterito factum, præero sedulus.

Hora XI autem exercitia declamatoria, rogatus a nonnullis aperiam: orationes omnis generis moderaturus, & censura superaddita, juvenes ad actionis elegantioris virtutes manuducturus; sine quibus vel optime concepta oratio langueat necesse est.

Poetica quoque exercitia instituere, & judicio meo carmina a se elaborata submittere cupientibus, nunquam deero, quoties numerus aliquis ingeniorum felicium eum in finem sese obtulerit. Dabam Dom, Cantate **À MDCCLVI.**



◆ ◆ ◆

intelligentiam, utpote non satis ad *universalia* & *abstracta* redactam, admibebat. Abstractionibus quippe abstrusissimis gaudebant acuti illi, si diis placet, Academicici: quæ, quo minus ab aliis capiebantur, eo sapientiores beatoresque se cum suis existimabant. Age! videamus exemplum aliquod abstrusæ eorum scientiæ, quo id, quod pluribus placebat in **CAMERARIO**, facilem puta elegantemque dictiōnē, nullis verborum sententiarumque Mæandris implicitan, ridebant, & tamquam plebeculae gratiam captaturam, pedibus quasi concubabant. Prodigat siquidem in publicum:

D. SIMONIS SIMONII

Q V A E S T I O :

Cur nimirum ineruditæ & indocti doctioribus magis apud plebem persuadere solent?

Quint. L. 2. Quamobrem ineruditiores eruditis videntur esse ingeniössores?

Plebeji sunt, qui non supra plebem sapiunt.

GALENVS L. 1. Methodi, deplorat calamitatem suorum temporum. Plures, inquit, ægrotantes habent triviales isti medici, quam ego: plus selectiorum habent uno die, quam ipse toto vita tempore. In omnibus artibus, in omnibus disciplinis habetis Theſſalos, Galenos, Aristoteles, doctos & indoctos. Idque praxis etiam quotidiana testatur.

Quintilianus tres afferit causas. Aristoteles melius & commodius.

1. *Est ingenium iudicantium imbecille.*
2. *Quibus placent res sparsæ, non contrictæ. Vestiunt res suas magnifica oratione. Et hæc orationes placent auribus delicatis. Non vestiunt suas res Philosophi veri, pompa inani verborum.*

Aristoteles L. 2. Rhet. dicebat ex Lib. 1. Eth. ad Nicom. Unumquemque probare, laudare & amare, quæ suæ naturæ convenientia sunt.

1. *Quia ea, que plebi & vulgaribus placent, sunt imbecillæ; & eorum sunt ingenia capacia.*
2. *Non tenent præcepta didascalica: afferunt distum aliquod poetæ; narrant fabulam; recitant historiam; & fabellis delebitur unusquisque. Tenent igitur particularia: & hac libenter vulgus accipit, quia non affurgunt supra sensum vulgi & plebeiorum; & ideo iudicantur feliciores ingenio &c. &c.*

Hæc

Hæc & similia scommata non obscure tunc illustrem CAMERARIUM impetebant, omniumque sententia feriebant; qui, licet elegantiorum Litterarum in Saxonia pater existimaretur merito; tamen a malevolorum ludibriis, altioreunque sapientiam crepantium telis, liber esse minime poterat.

At, At! ne hic quidem subsistebat malevolorum petulantia. Quum corvi imagine, insignium instar uteretur CAMERARIUS optimus, poetica quædam prodibat Epistola prolixior,

AD NOBILISSIMUM VIRVM, INTERPRETEM ARI-
STOTELIS ACUTISSIMUM,

D. SIMONEM SIMONIVM,

Med. Doct. ac Prof. Elect. in inclyta Academia Lipsica,

In maligni Corvi Nuxtorqaymæs.

Verum quum longior sit, quam ut opere pretium videatur, eandem hic repeterem, nec decorum sit, conjecta in magnos Viros maledicta renovare: consulo ab ea reddenda absineo. Sequebatur eandem mox Epigramma aliud, sub ORTHOPHRASTI rubro. Sequebantur putida alia, in maximos viros, e. g. PHILIPPVM MELANCHTHONEM explosa; distichon præsentim rhythmicum, idque in vulgus notum:

Phi nota factoris; *lippus* nocet omnibus horis:
Phi nocet & *lippus*: nocet omnibus ergo *Philippus*.

quo ipso, quid magis puerile & absurdum esse poterat? Simonius ipse tandem, ut fieri solet, quibus armis alios petierat, ipse quoque petebatur. Auditorio quippe Theologico, eodem mente Junio 1573 affixus inveniebatur Pasquillus sequens:

Sinuolum quisnam stirpis negat esse Sinonis?
Nostris hic pestis, Troibus ille fuit.

In Gregorium Bersmannum denique, Annabergensem, etiam, Collegio novo, propter vocem unicam *Respondeam*, & *Respondebo*, satiricum scommata affixum legebatur, cuius contenta, de *Lana caprina*, nomen inditum, satis indicat.

Non tamen sine animadversione publica Magistratus academicus abiabant, quæ sic contra mores decusque Litterarum commissa, peccataque haec-

nus

Yc6769



56.

Petrov 9.1.01

H.C.

W17

tantam
is hono
Academi
ir Amp
S, Phil
Professio
pitibus
xempli
is fiat
nt litera
s Mag
gulis pr
terefle.
Corona
C LXK
CI P

Farbkarte #13



R A T I O N E S

Q V A S I N

P R A E L E C T I O N I B V S
A E S T I V I S

A. M D C C L V I

S E C V T V R V S E S T

E D I S S E R I T.

D E Q V E

A C A D E M I C O R V M A C V T O R V M,

A N T E D V O F E R E S A E C V L A

M O T I B V S,

I N H A C V N I V E R S I T A T E E X C I T A T I S R E P R E S S I S Q V E,

P A V C A P R A E F A T V R

I O A N N. C H R I S T O P H O R V S G O T T S C H E D.

O R D. P H I L O S. h. t. D E C A N V S.



L I P S I A E,

L I T T E R I S B R E I T K O P F I A N I S.

